AVV. PAOLO ACCAME

LEGISLAZIONE MEDIOEVALE LIGURE

VOLUME SECONDO

STATUTI DI ALBENGA

dell' anno 1413



FINALBORGO
TIPOGRAFIA REBBAGLIETTI

1901

AL

MUNICIPIO DI ALBENGA

DEDICA L'AUTORE

Caput gentis Albingaunum fuerat


Petrarca. lett.

PREFAZIONE

Ho creduto pubblicare separatamente, dagli altri statuti, il codice legislativo albinganese, dell' anno 1413, avuto riguardo alle speciali sue disposizioni e per non accrescere, di soverchio, la mole dell'altro mio lavoro, sugli statuti più antichi di Albenga. Essi, del resto, contengono disposizioni, riflettenti, unicamente, il reggimento della città, con qualche altro specialissimo capitolo, reclamato dalle peculiari esigenze dei tempi.



CAPITOLO UNICO



Statuti dell' anno 1413.

Genova, nell'anno 1413, scosse il giogo di Teodoro, marchese di Monferrato e, resasi ndipendente, elesse doge Giorgio Adorno, per-onaggio cospicuo e caro all'universale. Ciò do-eva esercitare una salutare influenza, sulle ittà minori del dominio, Albenga, fra queste, utte dilaniate dai furori di parte. Brizio Adorno u eletto capitano generale, nella riviera di po-ente, e non podestà di Albenga, come afferma l Rossi. Venne costui in Albenga e sua prima ura fu quella di radunare il generale parla-nento, nella cattedrale di S. Michele, il giorno 25 novembre. Fu consiglio veramente solenne; vi intervennero Brizio Adorno, Andrea Grillo, podestà di Albenga, Agostino Sopranis, Anto-nio Lomellini, Imperiale Ricci e Martino di Valle, consiglieri del capitano generale, i con-

soli Giacomo Ricci, giurisperito, Bernardo Aicardo, Giovanni Odazzo e Pellegrino Multedo, i consiglieri e cittadini tutti, in numero di mille. In mezzo a tale assemblea, sorse il Brizio Adorno ed eccitò i cittadini a riformare il pubblico reggimento, in modo ed allo scopo di togliere di mezzo ogni differenza di colori e fazioni. Ecco il relativo verbale, redatto dal notaro Battista Granone, cancelliere del comune, che qui trascrivo per estratto.

Item in eodem consilio eorum superius nominatis propositum fuit per iam dictum dominum capitaneum quod cum officia presentis civitatis et districtus sunt et partentur inter duos colores ipsius civitatis videlicet inter colorem aurie pro dimidia et colorem spinole pro alia dimidia et color guerforum nulla habet officia bonum esset in predictis taliter providere quod possit quilibet iure et debito contentari . . . surrexerunt complures cives et districtuales super gradu ecclesie prelibate consulentes bonum esse in predictis eligere duodecim cives coloritos de quomodo colore qui sint una cum domino capitaneo et eius consilio . . . ad dividendum officia . . . et non ultra semper intellecto quod ipsi unanimiter sint concordes ad predicta ordinanda si vero discordes fuerint consulerunt quod tota illa baylia . . .

attributa esset. Daretur et attribueretur in totum dicto domino capitaneo et eius consiliariis. . . . . Super predictis mature pensato annuente populo universo datum fuit partitum per iam dictum dominum capitaneum hoc modo cui placet. . . . sulgat et cui vero non placet predicta consulta sedeat quo dato unanimiter surexerunt dicentes: fiat etc.

L'elezione avvenne il 27 dicembre e furono eletti i seguenti cittadini: Odoardo della Lengueglia, Antonio Multedo, Albengo Demora, Antonio Caresia, Benedetto Spelta, Oddone Blancardo, Marco Maineri, Giacomo Prando, Francesco Ceriale, Giorgio Usanna, Giovanni Anfosso e Simone Moreno.

Tutto ciò portò, come necessaria conseguenza, una parziale riforma degli statuti e, a tale effetto, vennero eletti, per le opportune aggiunte e correzioni, Odoardo della Lengueglia, Oddo Vernazza, Antonio Multedo, Giacomo Ricci, Ughetto Caresia e Domenico Perato. I nuovi statuti furono esaminati ed approvati dai consoli e consiglieri, nella seduta, dell'otto dicembre, di quell'anno.

L' unione e la concordia, però, dovevano durare ben poco; nell'anno 1416, la signoria di Genova cadeva in mano dei Fregoso. Spi-

netta di Campofregoso, eletto capitano generale della riviera, giunse in Albenga e, facendo rivivere le antiche consuetudini e norme di governo, diede nuova esca alle cittadine discordie, che durarono per quasi tutto il secolo, per poco sopite, verso il 1454, grazie alla santa ed evangelica predicazione di frate Giovanni Tagliacarne.

Lo statuto del 1413, scritto in pergamena, da Giacomo Grasso Centurio, rilegato con tavole e fasciato di cuoio è ora presso la signora marchesa Doria di Dolceacqua. Oltre agli statuti, contiene vari documenti, estratti dai cartolari del comune e termina con questi versi:

Non semper temeritas est felix
Et fraus sibi in paruis fidem prestuit
Ut quom opere precium sit :
Cum mercede magna fallat.

Sono venti le rubriche di questo codice, delle quali, sedici riguardano il civile reggimento e cioè :

De generali omnium officialium Sacramento.
De consulibus et conciliariis.
De ellectione potestatis et iudicis.
De sapientibus comunis.
De ambasciatoribus comunis eligendis.

De sindicis et procuratoribus.
De estimatoribus eligendis.
De electione publicorum.
De electione rectorum vilarum.
De camparis eligendis.
De sindicatoribus.
De censariis habendis pro comuni.
De electioni generali omnium officialium.

Una riguarda la custodia delle chiavi, dello scrigno del comune, custodito nella sacristia di S. Domenico, nel quale era chiusa la cassa, che conteneva i sacchi per le elezioni. Lo scrigno aveva tre chiavi e tre la cassa, di queste, due erano consegnate al podestà, due al console anziano e due ad uno dei maestri razionali e questa rubrica ha per titolo:

De clavibus comunis per offitiales tenendis.

Altra riflette il rendiconto, che doveano dare i magistrati, che avessero avuto qualche maneggio nel denaro del comune, entro quindici giorni dalla scadenza della loro carica e tutto ciò sotto l'intestazione:

De ratione omnium officialium reddenda.

Finalmente le altre due sono le seguenti ;

De casana habenda. (*)
De habendo postribulum sive bordelum.

Delle quali il titolo spiega, senz'altro, il contenuto.

Nel presente volume, ho unito un documento che è relativo al secolo XV ed al susseguente, riguardante le convenzioni, che regolavano i rapporti, fra Genova ed Albenga.



(*) *Casana*, per chi nol sapesse, era una specie di monte di pietà, esercitato dai privati.

Documenti

I.

Il regio governatore e gli anziani di Genova riconoscono le immunità di Albenga.

1499 — 10 Dicembre

MCCCCXCIX DIE X DECEMBRIS.

Illustris et excelsus dominus philippus de cleves Ravasteni dominus ac regius admiratus et Januensis Gubernator et Magnificum Consilium antianorum comunis Janue in suficienti et legitimo numero congregatum. Auditis spectatis viris domino Ambrosio Cepulla iuris utriusque doctore. Melchioni Mantello. Carolo Lavagno et Joanne Baptista Noberasco oratoribus Magnifice comunitatis albingane petentibus nomine eorum comunitatis confirmari et approbari immunitates eorum et conventiones quas cum comune Janue habent. Attenta perpetua fide et constantia populi Albinganensis erga predictum comune quam pari constantia

perpetuis temporibus servare intendunt. Examinata re. Benigne collaudatis dictis oratoribus et ipsis monitis antiquum institutum servare, omni iure via modo et forma quibus melius potuerunt et possunt imunitates dictis albinganensibus concessas et conventiones quas cum comune habent approbaverunt. Confirmaverunt et ratificaverunt approbant. Confirmant et ratificant, mandantes illas exactissime servari debere.

Bartholomeus de Senarega
Cancellarius. (*)

Antoniotto Adorno, doge ed il consiglio degli anziani di Genova, approvano i privilegi e convenzioni con Albenga.

1524 — 6 Giugno

MDXXIV DIE VI[a] JUNII.

Illustris et excelsus dominus Antoniotus Adurnus dei gratia ianuensium dux et populi

(*) Già pubblicato negli statuti di Albenga, editi da T. Craviotto, nell'anno 1885. Ho dovuto ristamparlo, formando un solo contesto, col documento che segue.

defensor. Et Magnificum Consilium Dominorum Antianorum excelsi comunis ianue in sufficienti et legitimo numero congregatum et quorum qui interfuerunt hec sunt nomina.

Petrus Ioannes de Clavica notarius prior
Nicolaus Adurnus
Franciscus Lercarius
Nicolaus de Nigrono
Gregorius de Auria
Obertus Squarsaficus
Jeronimus de Cassana
Vincentius de Cavo et
Franciscus de Marinis.
Absentibus
Stephano Ragio
Antonio de Sancto Petro et
Stephano de grimaldis
Reliquis eorum collegii duodecimis.

Audito nobili viro Bartholomeo Bausano sindaco et oratore magnifice comunitatis albingane petente nomine eius comunitatis approbari et confirmari immunitates eorum et conventiones quas habent cum Inclito comuni Ianue. Attenta constantia et fide dicti populi albinganensis erga predictum comune et quam etiam servare intendunt et audita super his

relatione verbo facta per magnificum dominum vicarium ducalem ac dictos Nicolaum et Franciscum lercarium eorum collegas quibus cura predicta omnia revidendi et inde refferendi demandata fuerat laudantium fieri ac decerni approbarique et confirmari in omnibus prout infra. Re examinata, omni modo, via iure et forma quibus melius potuerunt et possunt, immunitates dictis albinganensibus concessas et conventiones quas cum Inclito Comune Janue habent, approbaverunt confirmaverunt et rattificaverunt. Approbantque confirmant et rattificant mandantes illas servari debere.

Laurentius de garibaldo
Cancellarius. (*).



(*) Documento nell'archivio municipale di Albenga.

Statuti

Rubrice huius libri sunt



STATUTA CIVITATIS ALBINGANE

1413

Quoniam propter temporis varietatem opporteat leges et capitula variare novosque expediat ordinare mores circha reipublice gubernationem. Ad laudem igitur perhempnem et gloriam altissimi Domini nostri Jhesu Christi, ejusque matris gloriose virginis Marie et totius curie celestis decus et augumentum honorem et pacificum statum comunis Albingane. Nos Oldoardus de Linguilia legum doctor, Oddo Vinatia jurisperitus. Antonius Multedus jurisperitus. Jacobus Ricius jurisperitus. Ugetus Caresia et Domenichus Peratus Notarii. Per venerabile Conscilium Albingane electi ad presens opus Capitulorum ordinandum et perfitiendum cum plena potestate et baylia quam ipsum Comune habet ut latius patet publica deliberatione et scriptura scripta manu Baptiste Granoni Notarii et cancellarii comunis Albingane. Mileximo quatricenteximo decimo tertio indictione sexta die octava de-

cembris statuta et ordinamenta infrascripta duximus facienda. Cassantes ipso iure et penitus anulantes omnia et singula statuta decreta licentias et ordinamenta generalia et specialia seu singularia facta per comune Albingane vel alios eius statutarios quatenus presentibus nostris statutis et ordinamentis, et etiam faciendis a nobis imposterum reperirentur advisari vel aliqualiter repugiare.

Rubrica. De generali omnium officialium sacramento.

Primo statuimus et ordinamus quod quilibet potestas Judex consules consciliarii magistri rationales. Sapientes comunis. Stantiatores notarii. Cancellarii publici extimatores. Ambasciatores et universi offitiales de ceptero eligendi per comune Albingane in principio et asumptione offitii eorum et cujuslibet ipsorum teneantur et compelantur jurare ad sancta Dei evangelia corporaliter manibus tactis scripturis eorum et cujuslibet ipsorum, offitium bene et legaliter ac bona fide exercere ad honorem et pacificum statum comunis Albingane omni dolo negligentia odio amore timore et partialitate remotis.

Rubrica. De Consulibus et Consciliariis.

Cum per Comune Albingane hiis proxime diebus elapsis provisum fuerit de offitio dominorum consulum et consciliariorum videlicet a kalendis decembris

anno currente mileximo quatricentesimo decimo tertio proxime presenti usque ad annos duos proxime venturos quia in cedulis destrictis nominibus tot hominum de civitate et de villis quod sufficiunt ad officium (sic) dominorum consulum et consciliariorum pro tempore predicto necessarium hec cedule in quatuor saculis posite sunt videlicet nomina consulum de civitate in uno saculo de per se et nomine consulum de villis in alio saculo de per se et sic separatim consciliariorum de civitate et de villis in duobus. Qui quatuor saculi positi sint et teneantur in capsicula comunis Albingane posita in scripneo existenti in sacrastia sancti Dominici de Albingana. Statuimus et ordinamus quod per decem dies ante finitum tempus trium mensium presentis conscilii de dictis saculis videlicet de saculo dominorum consulum civitatis due cedule sorte extrahantur et due alie cedule separatim de saculo dominorum consulum de villis extrahantur. De saculo vero consciliariorum civitatis sex cedule extrahantur et totidem de saculo consciliariorum de villis extrahantur et sic extractis illi quibus sors evenerit videlicet de saculo consulum pro consulibus elligantur et illi quibus sors evenerit de saculis consciliariorum pro consciliariis elligantur et sic ellecti esse intelligantur duraturi, in offitio predicto usque ad menses tres proxime sequentes incipiendo continue a die finis offitii precedentium consulum et consciliariorum et per modum supradictum de tribus in tres menses usque ad duos annos pro-

xime venturos incipiendos ut supra fiat provisio consulum et conscilariorum ac electio in palatio comunis Albingane.

Hoc declarato quod in eodem officio non possint esse plures de una agnatione sive parentela ymo si post primum extractum sorte sequeretur alius eiusdem parentelle, talis sequens reponatur in saculis. Qui consules et consciliarii habeant plenam largam et liberam potestatem in omnibus et singulis et per omnia illam quam habet comune Albingane consulendi eligendi ordinandi et tractandi generaliter et specialiter omnia quecumque sibi videbuntur et omnia et singula per eos deliberata et ordinata plenam obtineant fidem et firmitatem dummodo non possint bona comunis alienare vel pignorare taleas mutua dacitas vel gabellas imponere exercitum contra hostem vel cavalcatam farere nec expendere de bonis comunis Albingane ultra florenos viginti pro qualibet vice sine die sine voluntate et deliberatione quinquaginta requisitorum eligendorum et requirendorum per consules et conscilium quorum viginti quinque sint de civitate et viginti quinque de viliis ut infra. Qui consules post potestatem et judicem comunis Albingane obtineant principatum et eis honor adhibeatur. Itaque nec potestas vel judex, nec ullus allius civis vel districtualis Albingane tam audax inveniatur, qui eis vel altero eorum re aut verbo aliqualiter iniurietur. Et nullus civis vel districtualis Albingane eosdem Consules vel ipsorum aliquem eundo vel sedendo

precedat sub pena librarum decem usque in vigintiquinque arbitrio sindicatorum. Potestati vel judici dicenti verba iniuriosa consulibus vel alicui ipsorum imponenda et auferenda tempore sindicatus ipsorum per sindicatores et si aliam iniuriam vel iniurias potestas vel judex eis personaliter intullerit vel alicui eorum puniatur in libris quinquaginta et ab inde supra usque in centum arbitrio sindicatorum. Si vero fuerit alius civis vel districtualis vel quicumque alius qui dixerit eis verba turpia puniatur in libris quinque usque in decem arbitrio magistratus. Et si aliam vel alias iniurias re seu facto in personam vel personas ipsorum intulerit dictis consulibus vel alicui ipsorum puniatur in libris decem usque in vigitinquinque arbitrio magistratus. Salvis tamen aliis penis corporalibus ubi ex predictis iniuriis seu delictis essent imposite vel venirent imponende. Qui consules simul omnes vel maior pars ipsorum si et quando contingeret potestatem vel judicem abesse vel non posse seu non velle curiam tenere et jus reddere possint, ac teneantur curiam et jus reddere cognoscere ac diffinire in causis peccuniariis et cognoscere tantum. Inquirere et procedere in causis criminalibus, et ubi veniret imponendo pena corporalis in quibus tamen non possint diffinitive pronuntiare. Item dicti Consules simul vel maior pars ipsorum habeant plenam et largam potestatem et bayliam in deffendendo jura et honores comunis Albingane ac si a comuni predicto esset eis data specialis baylia. Item tenean-

tur dicti consules deffendere et manutenere cives et districtuales Albingane ab omnibus otragiis iniuriis et opresionibus seu violentiis factis vel illatis eisdem civibus per potestatem vel judicem et a quacumque alia persona. Statuentes etiam quod dicti consules concordes possint tempore debito conscilia congregare et etiam alios cives sub certa pena quando sibi videbitur expedire ad eorum voluntatem. Ille vero consul qui ex scientia vel antiquitate seu dignitate stabit et sedebit prope potestatem teneatur et possit postas *propositas* in conscilio proponere et regere partita seu postas de consensu duorum aliorum consulum, partita dare et consulta scribi facere.

Qui potestas solum stet in consciliis ne aliquis minor vel questio oriretur inter dictos dominos consules et de conscilio quos rumores et littes si orirentur teneatur dicernere et sedare suo posse. Dicti etiam Consules vel maior pars ipsorum possint et valeant una cum dominis consciliariis pro honore seu necessitate comunis expendere omni die qua conscilium celebraverint libras triginta quinque ad plus. Possint tamen dicti consules videlicet maior pars eorum de acordio sive deliberatione consciliariorum expendere de here et pecunia comunis Albingane usque in florenos tres si et quando sibi videbitur oportunum. Et habeant ac habere debeant predicti consules et quilibet eorum pro suo salario libras novem monete Albingane quod salarium ponatur in talea potestatis si alibi non reperietur solutio salarii eorum.

Quando vero casus contingeret expendendi ultra libras trigintaquinque pro honore et utilitate comunis albingane possit et teneantur dicti consules convocare seu convocari facere cives quinquaginta ad minus et aliter si pautiores essent non valeret quicquid ordinatum foret quorum requisitorum medietas sit de civitate et medietas de vilis inter quos convocatos et requisitos detur partitum super qualibet posta coram ipsis proposita separatim a dictis consulibus et consciliariis. Et similiter presentibus convocatis detur partitum separatim a dictis convocatis videlicet ad lapides albos et nigros tam inter convocatos quam consules et consciliarios ipsos lapides singulatim secreto modo ponendo in buxula consueta super arengeria existenti aliumque lapidem quem retinebit unusquisque tam de consulibus et consciliariis quam convocatis in manibus secrete tenere debeant. Et abinde postquam omnes supradicti de conscilio et convocati lapidem suum in buxola posuerint allium seu illum lapidem secreto modo in eadem buxola, reponere teneantur omnes predicti separatim ut supra. Sub pena soldorum viginti pro quolibet contrafatiente quorum lapidum maior pars obtineat sive fuerint negativi sive affirmativi. Hoc intellecto quod semper albi sint affirmativi et nigri negativi. Et dicti consules et consciliarii habeant plenam et amplam potestatem et bayliam exequendi et expendendi omnia tunc consulta et ordinata per dictos requisitos videlicet per maiorem partem ipsorum. Hoc intelecto quod in qualibet posta

et in omni conscilio tam inter consules et consciliarios quam requisitos ad lapides albos et nigros detur partitum aliter quicquid factum seu ordinatum foret non valeat nec teneat ipso jure. Item teneantur predicti consules et consiliarii omni ebdomada offitiare et conscilium inire simul videlicet die mercurii et a die veneris cujuslibet septimane. Electiones vero omnium offitialium sibi incombentes et omnia alia ad offitium eorun pertinentia perficere teneantur. Statuentes quod si ipsi consules vel aliquis eorum non venerit ad conscilium ut supra pro qualibet vice incur:at ad penam soldorum viginti incontinenti sine aliqua condempnatione per magistratum auferenda et quilibet de conscilio qui non venerit ut supra puniatur ipso jure in soldis quinque pro qualibet vice in continenti auferenda ut supra.

Item statuimus et ordinamus quod nullus consul vel consciliarius possit aliquem dimittere loco sui vel sorrogare in suo offitio aliqua vice et omnem subrogatum teneantur potestas et consules incontinenti de conscilio expellere et talis subrogatus de conscilio recedere incontinenti ad mandatum potestatis et consulum et tallis subrogatus nullam vocem habeat nec aliquam bayliam. Cousules etiam predicti unam solam vocem habeant in conscilio pro quolibet eorum. Et si forte causa infirmitatis vel absentie aliquis de consulibus vel consciliariis staret per unum mensem qui non posset venire aut non venerit ad conscilium tunc

loco illius de dictis saculis alius extrahatur qui absentis vel infirmi predicti defectum supleat.

Ordinamus insuper quod nullas consul vel consciliarius seu requisitus exeat postam vel interrumpat verba alicuius dum consulit sub pena soldorum duorum cum dimidio pro quolibet contrafatiente et qualibet vice incontinenti per magistratum Albingane aufferenda. Item possint et teneantur dicti consules vel maior pars eorum magistros rationales novos et veteres compellere ad reddendum et fatiendum rationem et calculum de eo quod ad manus ipsorum pervenerit de here comunis semper et quotiescumque voluerint ad ipsorum liberam voluntatem. Insuper statuimus et ordinamus quod in omni conscilio supradicto non possint esse ad offitiandum et sive consulendum pautiores sive minus duodecim personis consulibus et consciliariis computatis quorum maior pars semper obtineat et si fuerint omnes presentes videlicet sexdecim duodecim voces obtineant. Domini etiam consules de Civitate teneantur et debeant diebus dominicis et festivis asociare dominum potestatem et judicem eundo ad ecclesiam et redeundo et secum post dominum judicem in eadem bancha stare et sedere.

Rubrica. De electione Potestatis et Judicis.

Consules et conscilium albingane teneantur de tribus mensibus ante finitum tempus offitii cujuslibet potestatis extrahere duas cedulas de saculo domino-

rum consulum Civitatis Albingane sorte et illi quibus sors evenerit habeant plenam et largam potestatem et bayliam unum civem Janue elligere probum et discretum in potestatem et per potestatem albingane ac etiam unum civem Janue juristam bone fame et quem putaverint sapientiorem et legaliorem in judicem et pro judice comunis albingane et de collegio Janue pro uno anno tantum et non ultra in ipsorum conscientias et animam sive vellint ire Januam pro dicta ellectione ipsorum potestatis et judicis fienda sive non et quicquid per ipsos viros sic ut supra sorte extrhactos factum concorditer provisum fuerit pro firmo habeatur et Conscilium Albingane ipsos quos nominaverint predicti in potestatem et Judicem comunis elligere et confirmare teneatur et eisdem potestati et Judici comunis albingane literis intimare et notificare ellectionem de eis factam cum capitulis oportunis quam literam electionis predictorum potestatis et judicis precho Comunis albingane eis differre teneatur cui prechoni detur per potestatem predictum gratis gona una. Que officia si predicti ellecti acceptaverint vel non acceptaverint responsione dicto nuntio tribuere debeant. Et si potestas recusaverit acceptare alium per potestatem modo predicto eligant donec unus inveniatur acceptans. Qui potestas sic electus sit et esse debeat pro uno anno tantum et non ultra et non possit confirmari ultra annum nec postea per potestatem albingane eligi sub pena florenorum centum aliquo modo vel ingenio eidem non remittenda

per dirrectum vel obliquum et si ultra confirmaretur vel elligeretur non valeat quicquid fecerit seu ejus tempore factum fuerit. Et habere debeat dictus potestas domus habitationem et pro suo salario libras mille monete Albingane pro anno uno tantum solvendas eidem per Comune Albingane per pagas tres videlicet a principio sui introytus usque ad menses tres proxime sequentes libras quingentas sive D... Et a dictis tribus mensibus usque ad allios menses tres tunc proxime sequnturos libras ducentas quinquaginta et in fine anni sui offitii reliquas libras ducentas quinquaginta quas tamen habere non possit nisi datis idoneis fideiussoribus de stando ad suum sindicamentum et solvendo omne quod per sindicatores fuerit in judice condemnatus. Qui potestas tenere debeat unum militem bonum cum servientibus sex unum domicelum unum ragatium cum duobus equis bonis et suffitientibus pro offitio nec tenere possit pro equo uno unam mulam nec mulum. Milex vero non sit oriundus et morans a triginta miliaribus circumquaque a civitate albingane inclusive alius non possit ipsum tenere sub pena predicta. Recusante vero judice primo ellecto ut supra dicti offitiales elligere possint et teneantur unum alium judicem juristam probum et discretum qui non sit oriundus nec habitet a Civitate Albingane per miliaria quatraginta circumcirca. Et habeat judex ipse pro salario suo de pecunia comunis libras trecentas monete Albingane pro uno seu singulo anno et ultra domus habitationem hoc modo et

per infrascriptas pagas videlicet a die introytus eius usque ad tres menses proxime venturos libras centum et ab inde usque ad alios tres menses libras centum monete albingane et reliquas libras centum in fine ejus offitii. Si vero predicti duo extrahcti per electionem predictorum potestatis et iudicis facienda discordes essent de ipsorum offitialium electione tunc inter eos sorte dirrimantur coram consulibus et ille in quem sors evenerit pro potestate seu judice habeatur et elligatur. Et ipsi duo sic ut supra ad predictam electionem extracti de saculis consulum pro consulibus habeantur pro tribus mensibus offitii consulum secuturi.

Rubrica. De Sapientibus Comunis.

Statuerunt et ordinaverunt quod omni anno per Conscilium Albingane duo elligantur advocati et consultores comunis albingane sorte per unum annum ita tamen quod qui erit uno anno sapiens in comúnis non possit esse anno sequenti si alii inveniantur sine aliquo salario, sint tamen exempti ab omnibus avariis capitis et habeant salarium competens de qualibet commissione sibi facta a qualibet parte dum tamen non tangat comuni.

Rubrica. De Ambasciatoribus Comunis elligendis.

Statuerunt et ordinaverunt quod Ambasciatores Albingane qui pro tempore fuerint eligendi elligantur de ceptero per consules et conscilium sorte et

habeant omni die pro suo salario soldos viginti cum famulo si non fuerint juriste sive judices.

Et si fuerint juriste habeant soldos viginti quinque cum famulo ydoneo. Et ultra comune teneatur eisdem solvere si iverint per mare expensas barche et si per terram expensas equorum. Et si contingerit eos ire per terram equestres quod predicti ambasciatores postquam fuerunt Janue seu Saone vel alibi nude possint reddire per aquam vel mare teneantur et debeant remittere equos expensis Comunis post diem qua applicuerint quo missi fuerint videlicet die sequenti quod si non fecerint teneantur suis propriis expensis et sumptibus alere equos predictos ultra dictum tempus. Et si dicti ambasciatores non haberent famulum unum pro quolibet ipsorum quod nihil habere debeant de salario suo supradicto et si quod habuerint restituatur comuni et ultra condempnentur in libris decem pro quolibet ipsorum. Qui teneantur antequam recesserint in conscilio jurare corporaliter tactis scripturis offitium eorum ambasciate bene et legaliter exercere. Teneanturque cum fuerint in eorum ambasciata simul habitare in eodem hospitio sub pena privationis salarii.

Rubrica. De Magistris Rationalibus.

Comune Albingane duos habeat magistros Rationales elligendos per consules et consciliarios comunis albingane omni anno in conscilio de mense augusti

per decem dies ante finitum tempus dictorum tunc consulum et consciliariorum hoc modo et ordine videlicet quod predicti domini consules et consciliarii dicto tempore discussis omnibus civibus Civitatis albingane literatis aptis et suffitientibus ad exercendum offitium infrascriptum ex eis duos elligant sorte apertos ut supra et quibus sors evenerit conscilium eos elligere teneatur et elligat et sic successive fiat electio supradicta.

Qui magistri rationales habeant plenam et largam ac liberam potestatem et bayliam et teneantur suo posse inquirere et videre ordinate et per suum scriptorem scribi facere in uno cartulario quod teneantur habere omnia et singula debita et credita calcula bona et rationes Comunis albingane et ejus offitialium ipsa que debita exigere petere et recipere tam quascumque taleas coletas dacitas mutua gabellarum reddictus impositiones et condemnationes a rectoribus villarum burgorum et aliis civibus civitatis Albingane conductoribus gabellarum et a condemnatis et multatis quam a quibuscumque aliis debitoribus dicti Comunis ex quacumque re vel causa reale vel personali aut mixta civili vel criminali quibus teneantur ipsi comuni ac etiam solventes liberare. Et creditoribus dicti Comunis solvere debeant de pecunia comunis quemcumque eis per consules et consciliarios Comunis albingane mandabitur videlicet cum apodixia mandati sigillo comunis parvo sigillata manu cancelario scripta cum ejus subscriptione ac etiam expendere et

solvere ad mandatum dominorum consulum et consciliariorum ubicumque sibi ordinaverint omnem et quicquid fuerit eis iniuctum et aliter non hoc est quod non excederet formam et quantitatem taxatam in capitulo de consulibus et consciliariis. Teneantur insuper dicti magistri rationalcs et eorum scriptor omni die mercurii et veneris cujuslibet septimane sui anni ad minus suum offitium exercere diligenter in cancelario comunis albingane sub pena soldorum viginti pro quolibet et qualibet vice in continenti sine aliqua condempnatione per magistratum Albingane auferenda quem contrafatientem alius vel alii dictorum offitialium illico magistratui denuntiare teneantur sub dicta pena. Nec possint dicti offitiales nec eorum scriptor vel aliquis eorum in dicto offitio exercendo aliquem loco sui aliqualiter subrogare seu dimittere et si quis eorum per unum mensem ob ejus absentiam vel infirmitatem different dicto offitio deservire tunc alius per conscilium modo quo supra elligatur qui absentis vel infirmi defectum suppleat. Et teneantur omni mense semel revidere familia potestatis quam pro suo offitio tenetur habere et sibi monstram fieri facere ad quam etiam potestas teneatur si ab eis fuerit requisitus et eis etiam notificare diem recessus si aliquis de familia ejus recesserit et diem subrogationis si aliquem subrogaverit et si reperirent aliquid deesse illud in suo cartulario scribi fatiant. Qui magistri rationales habeant et habere debeant pro eorum salario libras viginti unam prc

quolibet eorum. Notarius vero ipsorum magistrorum rationalium habeat pro salario suo libras duodecim in fine offitii sui. Et predicta salaria taxata ut supra habeant et habere debeant magistri rationales et notarius suus in talea potestatis.

Teneantur insuper dicti magistri rationales effectualiter exigisse et recuperasse omnes condempnationes factas tempore sui offitii sub pena privationis salarii eorum. Et teneantur dicti magistri rationales in assumptione offitii eorum dare bonos et ydoneos fideiussores de fatiendo et observando omnia supradicta et de reddenda ratione et restituendo omnia et singula que restituere debebunt sub pena librarum quinquaginta incontinenti auferenda per magistratum Albingane. Item teneantur dicti magistri rationales super apodixiis eis factis per consules et conscilium de solvendo vel dando aliquam pecunie quantitatem vel rem alicui receptis et habitis appodixiis et factis solutionibus illis quibus fient dicte appodixie scribere vel scribi facere per se vel per suum notarium retro et de foris sicut facta est solutio debiti aut rei cujus occaxione facta est ipsa appodixia illi cui facta fuit appoxito mileximo et die solutionis et satisfactionis facte per ipsos sub pena librarum decem Janue ab ipsis magistris rationalibus irremissibiliter auferenda.

Rubrica. De scribis et cancelariis eligendis.

Scribe curie Comunis Albingane et Cancellarii dicti Comunis eligantur et eligi debeant pro venturo tem-

pore ut infra continetur videlicet quod conscilium Albingane diligenter discussis omnibus notariis civitatis Albingane et districtus volentibus exercere scribaniam et cancelariam comunis albingane facta prius proclamatione in locis consuetis per civitatem Albingane palam qui volentes exercere dictam scribaniam et cancelariam comparere debeant in certum terminum ad se scribi fatiendum et elapso termino proclamationum consules et consciliarii teneantur et debeant ipsos notarios ultimo mense finis dicti conscilii videlicet per decem dies ante scribi facere dictos notarios aptos et ydoneos ad exercendum offitia predicta in tot cedulis quot fuerint dicti notarii videlicet in cedulis equalibus singulatim de per se et ipsis scriptis involuantur dicte cedule que libet de per se et ipsis cedulis scriptis et involutis, fillo ligatis ponantur ipse cedule per conscilium in uno saculo quibus positis in dictis saculis ut supra quatuor cedule de ipso saculo sorte et singulatim extrahantur in ipso conscilio per unum puerum minorem annis duodecim et quibus sors evenerit conscilium illos elligere teneatur in scribas comunis et sic extracti pro ellectis esse inteligantur. Qui quatuor scribe sic electi exercere debeant dictum offitium Scribanie comunis a die introytus sui usque ad menses sex proxime venturos tantum et non ultra quibus sex mensibus finitis alii quatuor notarii sive cedule de dictis saculis sorte extrahantur modo supradicto et sic successive quousque dictus saculus fuerit evacuatus quorum of-

fitium duret per menses sex tantum ut supra. Ita et taliter quod non possint confirmari vel de novo elligi. Et solvant ac solvere teneantur dicti notarii pro quolibet ipsorum pro tempore supradicto sex mensium libras duodecim cum dimidia janue monete albingane vel comuni albingane vel habenti causam a dicto Comuni de quibus solvendis cauptionem prestent ydoneam in assumptione offitii eorum que cauptio scribatur per cancelarios comunis in libro consciliorum. Item quod illi quatuor scribe qui sic extracti et electi fuerint ut supra infine dictorum sex mensium sint et esse debeant cancelarii comunis albingane videlicet duo ex ipsis pro tribus mensibus et alii duo pro reliquis tribus mensibus sorte facta inter eos per conscilium qui eorum primo ipsum offitium debeant exercere et habeant ac habere debeant dicti cancelarii pro suo salario a comuni libras vigintiquinque videlicet libras sex et soldos quinque pro quolibet ipsorum, videlicet pro sex mensibus ut supra dictum est quod salarium ponatur in talea potestatis et illud in talea habere debeant.

Evacuato autem dicto saculo de novo ponantur et fiant modo et forma quibus supra ordinatum est proventuris temporibus.

Hoc declarato quod nullus scriba seu cancelarius possit loco sui alium dimittere vel subrogare seu tenere aliquem scribentem ad banchum pro se. Et si quis notarius seu scriba vel cancelarius nolet ofñtium scribanie et cancelarie acceptare quod tunc consci-

lium illum talem nolentem acceptare de dictis saculis extrahantur et extrahare debeant taliter quod durantibus dictis scribis sive quousque dicti saculi evacuati fuerint non possit esse in dicto offitio scribanie vel cancelarie. Cancelarii vero predicti teneantur scribere omnia que fient in conscilio secundum quod placuerit conscilio et alia que tangunt comuni absque aliqua solutione sine aliquo primo salvo salario super eis taxato. Hoc tamen intelecto quod finito offitio presentium cancelariorum quod expirabit in halendis septembris proxime venturis conscilium albingane duos alios eligere teneatur pro cancelariis usque ad menses tres tunc proxime venturos cum salario supradicto. Additientes insuper quod dictorum scribarum et canceliariorum electio aliter vel alio modo quam supra ordinatum est fieri non possit per directum vel obliquum seu aliquo ingenio et si aliter facta fuerit non valeat neque teneat ipso jure.

Rubrica. De Sindicis et Procuratoribus.

Consules et conscilium albingane annuatim duos elligant sindicos et procuratores pro comuni sorte ydoneos et litteratos qui habeant videlicet quilibet eorum in solidum quod sine eo quod non sit melior conditio occupantis sed quod unus inceperit alter prosequi possit mediare et finire valeat plenam et liberam potestatem et bayliam nomine dicti comunis agendi, defendendi excipiendi littem contestandi de

calumpnia jurandi denuntiandi appellandi et quoscumque judiciarios actus fatiendi in judicio et extra pro ut earum merita et ordo juris exigunt postulant et requirunt.

Et teneantur dicti Sindici et procuratores vinculo sacramenti suum offitium bona fide diligenter exercere qui habeant pro littibus sequendis expensas necessarias a comuni et ultra salarium competens tassandum arbitrio conscilii.

Rubrica. De extimatoribus elligendis.

Extimatores Comunis Albingane elligantur per conscilium ut infra videlicet quod consules et consciliarii per decem dies ante ultimum diem expirationis offitii eorum scribi fatiant in conscilio omnia ipsorum consulum et consciliariorum nomina et cognomina singulariter in cedulis equalibus que scripte involvantur et in gremio potestatis vel unius consulis ponantur et bene misceantur. Et de gremio ex ipsis cedulis sorte due extrahantur per unum puerum minorem annis XII et sic extracti eligantur et confirmentur per dictum conscilium pro aliis tribus mensibus proxime venturis pro extimatoribus dicti comunis et sic subcessive de tribus in tres menses fiat electio extimatorum in perpetuum. Hoc declarato quod extrahantur tot cedule quod sors veniat uni de civitate et uni de villis.

In casu vero infirmitatis vel absentie dictorum

extimatorum possit tunc dictum conscilium alium subrogare ponendo sortes ut supra. Si vero stare absens a districtu albingane alia de causa quam pro re publica et absens staret octo diebus sit cassus et alius elligatur sorte ut supradictum fuit. Hoc declarato quod si alter dictorum extimatorem deberet pro suo debito tutorio curatorio vel procuratorio nomine alicujus solutionem consequi vel facere seu solvere deberet in bonis alicujus persone qui tunc pro illo debito tantum conscilium albingane alium elligat et facto extimo ille electus dicta de causa sit cassus.

Rubrica. De electione Stantiatorum.

Stantiatores duo per consules et conscilium sorte elligantur in conscilio boni et discreti de civitate albingane quorum offitium duret per menses sex cum potestate et baylia stantiatoribus atributa iu alio capitulo posito sub rubrica de potestate et baylia stantiatorum et aliis mentionem facientibus de ipsis officialibus qui jurent eorum offitium bene et legaliter exercere et cauptionem prestent juxta formam capituli supradicti.

Rubrica. De ellectione publicorum.

Publicos Comunis Consules et Conscilium sorte quatuor eligant bonos et ydoneos videlicet duos de civitate et duos de villis quorum offitium duret per

menses sex cum potestate et baylia ipsis officialibus atributa in capitulis Comunis Albingane de ipsis fatientibus mensionem.

Rubrica. De electione rectorum villarum.

Rectores villarum et burgorum de ceptero sorte elligantur in numero et modo infrascriptis per duos consules et consciliarios in conscilio hoc modo videlicet per cedulas involutas, duo in Allaxio duo in Villanova et in aliis burgis et villis unus tantum pro quolibet burgo et villa. Qui teneantur delicta et malefitia comissa in villis et burgis seu eius rectoria magistratum denuntiare infra dies tres a die comissi criminis vel delicti et delinquentes ac bampnitos capere juxta posse et alia facere que ad eorum offitium spectant quorum namque rectorum offitium et tempus duret per menses tres.

Rubrica. De Campariis elligendis.

Statuimus et ordinamus quod conscilium Albingane teneatur et debeat omni anno de mense Junii elligere in civitate albingane decem homines qui vocentur camparii sive custodes possessionum et in qualibet villa elligantur tot camparii quot placuerit conscilio qni habeant plenam largam et liberam potestatem et bayliam denuntiandi et accusandi omnes et singulas personas dampnum dantes in illis terris, villis, possessionibus et rebus Civitatis Albingane et distric-

tus et illi quos accusaverint solvere teneantur pennam contentam in capitulis de inventis in alienis dampnis et aliis capitulis albingane.

Quibus campariis seu alteri eorum credatur suo sacramento prestito in assumptione offitii ipsorum sine alia probatione. Et si forte dampnum dantes essent extranei tunc dicti camparii vel alter eorum juxta posse suum teneantur dictos extraneos vel extraneum adducere et venire facere in fortiam magistratus albingane. Et dicti camparii durante offitio eorum teneantur secreti. Possit nihilominus quilibet civis et districtualis albingane licentiam dare cuicumque persone eundi standi et faciendi in possessionibus suis vel quas teneant quicquid voluerint sine solutione alicuius banni vel pene. Et ne fraus in hoc fieri possit magistratus Albingane teneatur illi persone que diceretur licentiam dedisse prestare sacramentum ipsi persone si licentiam dedit dampnum danti vel non, et si licentiam dederit non curat dampnum dare inventis in aliquam penam. Si vero dicti camparii vel aliquis dampnum dare inventis fuerit in aliqua possessione sine licentia domini illius puniatur in duplum aliarum personarum dampnum dantium quorum campariorum officium duret usque ad kalendas Octobris tantum.

De Sindicatoribus.

Sindicatores autem comunis Albingane eligantur ut infra. Videlicet quod omni anno ultimo mense quo

eliguntur ceteri offitiales. Consules et Conscilium scribi faciant sexdecim cives de civitate bonos et ydoneos quorum nomina singulatim ponantur et scribantur in cedulis equalibus et sic scriptis littera involvatur intus et fillo ligentur et ponantur omnes in gremio potestatis vel unius consulum si potestas non esset et sic positis quatuor ex eis per unum puer minorem annis decem sorte extrahantur singulatim et quibus sors evenerit conscilium eos elligere teneatur pro sindicatoribus comunis pro uno anno tunc proxime sequturo. Et habeant predicti sindicatores seu maior pars eorum omnem jurisdictionem potestatem et bayliam in omnibus causis civilibus et criminalibus dum modo pena corporalis non veniat imponenda inquirendi procedendi tam ex suo officio quam ad aliorum instantiam denuntiationem et accusationem sumarie de plano sine strepitu et figura judicii contra potestatem et judicem et eorum familiam finito eorum offitio et contra quoscumque alios offitiales dicte civitatis et districtus et eorum offitio durante et ipsos et quemlibet eorum puniendi condempnandi et multandi ut sibi videbitur convenire omni juris ordine pretermisso. Itaque ab ipsorum sententiis preceptis condempnationibus multis et absolutionibus nullo modo possit appellari seu nulla dici vel in integrum restitutionem peti supplicari vel aliud quicquid fieri per quod anullent infringantur vel revocentur seu mutentur in totum vel in partem dummodo tres ex eis sindicatoribus fuerint concordes et unanimiter convenerint ad pre-

dicta precepta sententias condemnationes multas et absolutiones ferendas. Qui sindicatores teneantur in principio sui officii jurare de bene et legaliter dictum offitium exercendo pro anno uno ut supra. Et teneantur potestas et judex pro se se et eorum familia sub dictis sindicatoribus iuri stare et parere et prestitis prius ydoneis cauptionibus iudicatum solvere omni exceptione remota.

Teneantur etiam finito eorum offitio stare ad dictum sindicamentum diebus viginti continuis sequentibus in quorum dierum viginti principio dicti sindicatores teneantur preconizari facere per civitatem albingane quod omnis persona colegium seu universitas que conqueri voluerit de potestate judice milite seu familia vel aliis offitialibus comparere debeat coram ipsis sindicatoribus infra dies tres continuos pro primo termino et elapsis dictis tribus diebus computata die proclamationis quarum fieri facere teneantur dicti sindicatores statim finito et deposito eorum offitio detur per eos alia dillatio dierum trium ultimo et perhemptorie qui volentes conqueri de dictis offitialibus comparere debeant quibus tribus diebus ultimis elapsis teneantur procedere contra eos usque ad alios dies sex proxime sequentes. Et ipsis finitis teneantur sententias ferre condempnatorias vel absolutorias usque ad dies sex continuos. Ita quod sententiasse et omnia fecisse debeant in dies viginti a die finiti offitii ipsorum officialium ut supra proxime venturosum (*sic*) sub pena librarum decem pro quolibet ipsorum sindicatorum.

Hoc semper intelecto quod tres ex eis concordes possint procedere sententiare et omnia ad offitium suum spectantia facere. Et si duo essent concordes et duo discordes possint petere conscilium sapientis expensis comunis partium (sic) datis suspectis et confidentibus declarato tamen quod omnes de Janua habeantur pro suspectis. Quod conscilium dicti sindicatores habere teneantur post dictos dies viginti usque ad dies decem tunc proxime venturos et sic habito incontinenti sententiam ferrant in dies quinque proxime venturos sub pena librarum decem janue quas expensas solvere teneantur condempnati. Post vero dictos dies viginti primos recedere possint dicti offitiales prestitis et dimissis ydoneis fideiubsoribus procuratoribus et advocatis civibus predictis non obstantibus. Et dicti Sindicatores possint eligere unum notarium et unum locum. Nulla autem persona civis albingane possit et valeat pro dictis offitialibus vel aliquis eorum procurare seu advocare sub pena librarum vigintiquinque auferenda incontinenti sine aliquo parlamento durantibus primis dictis viginti diebus. Nec possint dicti potestas et judex vel novus offitialis seu novus magistratus se intromittere de dicto sindicamento per se vel alium directe vel per obliquum nec aliquem processum facere contra dictos olim offitiales et si que fecerint sint nulla ipso iure quantum est in causis pecuniariis et que non exigunt penam sanguinis. Et teneatur potestas et iudex presens capitulum observare et adimplere sub pena librarum quinquaginta

janue tociens committenda et exigenda quotiens fuerit contrafactum.

De Censariis habendis pro Comuni.

Statuimus et ordinamus quod Consules et conscilium Albingane teneantur elligere et ordinare duos usque in quatuor bonos legales et ydoneos viros cives albingane arbitrio conscilii qui vocentur censarii qui quidem censarii jurent eorum offitium bene et legaliter exercere in mercatis que ad manus ipsorum pervenerint qui etiam censarii prestent ydoneos fideiussores de florenis centum quorum officium duret ad beneplacitum conscilii. Quibus censariis detur plena fides usque in libris vigintiquinque et a libris vigintiquinque supra usque in quinquaginta cum dicto unius testis dummodo arra vel denarius dei datus vel data fuerint et tam de arra quam denario dei stetur sacramento censarii et secundum eius dictum cum sacramento teneatur magistratus albingane predicta observare et observari facere et partes compelere ad contractus observantiam et traditionem rerum et pretii solutionem et per mutationem fatiendum sine libelo et pignore banni et sine strepitu et figura juditii et remedio cuiuslibet appellationis et cuiuslibet alterius consultationis semper agendo secundum formam presentis capituli alioquin magistratus qui non observaverit predicta in libris vigintiquinque possit et debeat condempnari et sindicari. Qui censarii habeant et habere

debeant pro eorum salario et mercede denarios duos pro qualibet libra ab utraque parte de quolibet contractu quem compleverint seu rationaverint et in mensem partes sibi ad invicem concordaverint. Item habeant et habere debeant dicti offitiales unum manuale in quo scribant omnes contractus et mercata factos et facta per ipsos snb pena librarum decem incontinenti auferenda a contrafatiente. Et si quis eorum censariorum repertus esset fraudem comisisse in aliquo mercato incurrat ipso iure ad penam suarum fideiubsionum sine aliqua diminutione vel appellatione et sine aliquo parlamento.

Rubrica. De Casana habenda.

Teneatur conscilium albingane infra menses tres a die publicationis presentium capitulorum habere unam casanam intra Civitatem Albingane pretio modis formis et conventionibus quibus melius poterint sub pena pro quolibet consule librarum decem pro quolibet consciliario librarum quinque per magistratum albingane auferenda sine parlamento et debeant dicti Consules et consciliarii prius super hoc convocare sexaginta cives et ultra eorum arbitrio quos voluerint pro predictis adimplendis et consulendis.

Rubrica. De electione generaliter omnium offitialium.

Statuerunt et ordinaverunt quod quicumque alius offitialis in quocumque officio elligendus quandocumque

per comune de aliquo offitiali necesse habeat provideri fiat ellectio illius vel illorum temporibus oportunis per dominos consules et conseiliarios in conscilio sorte per appodixias involutas et mixtas in gremio potestatis prout in aliis capitulis dictum est hoc etiam declarato quod si sors evenerit in aliquo offitio duobus de una agnatione que fiat in omnibus et per omnia pro ut in capitulo de consulibus et consciliariis extitit ordinatum ita quod loco secundi extracti alius extrahatur vel tot quot placuerit conscilio constituere dum tamen non possit esse nisi unus de qualibet agnatione ut supra. Et presens Capitulum locum habeat in offitialibus et offitiis et casibus ubi per statuta predicta vel alia comunis Albingane non esset specialiter provisum. Nec possit aliquis officialis exceptis illis quibus per capitula sit specialiter concessum sorrogare aliquem loco sui in illo offitio vel dimittere et subrogatus in continenti de ipso offitio repellatur et abmoveatur per conscilium vel magistratum ipso Magistrato sciente sub pena soldorum viginti pro qualibet vice et quicquid faceret dictus subrogatus nihil valeat ipso iure salvo si hoc fecerit auctoritate ac plena deliberatione conscilii. Et consules seu consciliarii seu illi ad quos pertinebit electio offitialium teneantur semper diligenter advertere quod ipsa offitia bona fide equaliter per suas appodixias inter omnes ad illud congruos et ydoneos scrte haberi possint. Ad aliquid tamen offitium Comunis Albingane non possit eligi nec poni aliquis qui non habitet

in albingana vel districtu et pro ipso comuni subeat mutua taleas et avarias solvat sicut alii cives nisi esset exemptus. Et qui uno anno fuerit in officio comunis sequenti anno in eodem esse non possit.

Rubrica. De habendo postribulum sive Bordelum.

Teneantur Consules et Conscilium habere tenere ac ordinare seu ordinari facere locum unum deputatum ad postribulum sive bordelum ubi et in quo stent et habitent meretrices volentes Albingane commorari et stare solvendo inde per eas pensiones domorum in quibus morarentur. Et hoc teneatur facere dictum conscilium secundum deliberationem . . . . . requisitorum.

Rubrica. De Clavibus Comunis per offitiales tenendis.

Statuimus quod ad omnem suspitionem removendum quia scrineum predicti Comunis existens in sacrastia sancti Dominici de Albingana habet tres clavaturas et capsieta in eo clausa habet alias tres clavaturas in qua reponentur saculi offitialium qui dominus potestas tenere debeat unam clavem scrinei et unam aliam capsiete et unus consul qui alios precedit etate vel scientia unam aliam scrinei et unam aliam capsiete et unus magistrorum rationalium tenere debeat unam clavem dicti scrinei et aliam capsiete quas tenere debeant comuniter in sua capsieta. Qui teneantur dictas claves bene et legaliter custo-

dire et teneatur potestas ad simplicem requixitionem consulum dictum scrineum apperire et claudere.

Rubrica. De ratione omnium offitialium reddenda.

Quilibet offitiales Comunis Albingane qui aliquo modo gesserit vel administraverit aliquid de pecunia redditibus olventionibus vel rebus Comunis predicti teneatur finito offitio suo incontinenti infra dies quindecim a die finis offitii sui et requisitionis facte consulibus et magistris rationalibus integram de gestis reddere rationem cum reliquorum restitucione, sub pena librarum quinque pro quolibet et qualibet vice per magistratum albingane illico sive aliqua condempnatione auferenda.

Et ipsi magistri rationales finito eorum offitio teneantur in dictum terminum dierum quindecim consulibus et aliis magistris rationalibus suscessoribus integram reddere rationem cum reliquorum restitutione sub predicta pena auferenda ut supra, a die qua fuerint requixiti usque ad dies quindecim tunc proxime venturos.

Jacobus Grassus de Canturio scripsit.

Extractum ex libro Comunis Albingane anni MCCCLXXVII.

MCCCLXXVII. Indicione XV die VIIII Junii.

Mandato Egregii et potentis viri Domini Bartholomei Vesconte Potestatis Albingane. Vos Michael

Mantelus et Lodisius Spelta cives Albingane recolectores mutui impositi per D. Consules et quatuor adiunctos Comunis Albingane de mense Madii proxime preteriti Civibus et districtualibus Comunis Albingane de voluntate et consensu tocius Concilii detur et solvatur de pecunia dicti mutui per vos exacta et recolecta Domino Johanni de Pelizariis de Pontremulo juris perito judici Comunis Albingane florenos centum septuaginta auri pro suo salario totius anni unius incepti MCCCLXXVI die XXVII Novembris. Et hoc quia sic fuit deliberatum per dictos Dominos Consules et omnes Consiliarios Comunis Albingane nemine discrepante ad lapides albos et nigros inter dictos consiliarios datos et collectos pro ut apparet in actis canzelarie dicti Comunis scriptis manu mei Jacobi Noberaschi Notarii infrascripti et Canzelarii dicti Comunis in presenti millesimo.

Inditione et die quinta presentis mensis Junii, in quorum testimonium dictus Dominus potestas hoc preceptum sui sigili munimine fecit roborari.

(Cª) Jacobus Noberaschus Notarius et Canzelarius dicti Comunis Mandato dicti Domini potestatis.

Extractum ex libro Comunis Albingane in illo in cartis LVIIII ut infra.

Milesimo quadrigentesimo tercio indicione undecima die sexta marcii.

Dominus Antonius Multedus et Cazolinus de Ca-

zolinis Ambasiatores Comunis Albingane debent nobis etc.

MCCCCIII die XXVIII Marcii

Recepimus a dictis Domino Antonio Antonio Multedo et Cazolino de Cazolinis Ambasiatoribus Comunis Albingane solventibus nomine dicti Comunis de pecunia dicti Comunis dominis Damiano Vsusmaris et Malqualdo Gentili sociis massariis Maone nove Cipri et Alexandrie recipientibus, nomine et vice Comunis Ianue pro ut patet publico Istrumento scripto manu Antonio de Credentia de Janua notarii et Canzelarii Comunis Janue MCCCCIII Indicione... secundum cursum Janue die VIIII Marcii scriptis in cartulario dicti Comunis Janue per Gotifredum de Belignano notarium et scribam dicte Maone Cipri florenos duo millia boni auri et sunt de moneta Albingane libras tres millia quingentas sive IIID.

Valebat florenus sive ducatus auri soldos triginta quinque sive 4 XV monete Albingane.

In dicto cartulario seu libro in cartis XXXXIIII ut infra.

MCCCCII die prima Septembris.

Nob. D. Acelinus Grilus Potestas Albingane debit nobis etc.

Recepimus dit XXVIIII Januarii in salario unius anni finituri die XXVIIII Januarii proxime venturi libras mille monete Albingane ad rationem de soldis XXXV pro quolibet floreno.

MCCCCII die prima februarii

Sapiens vir D. Johannes de tortis de Castronovo Judex Civitatis Albingane.

Recepimus MCCCCII die XI Aprilis in suo salario unius anni finituri die XI Aprilis venturi libras tricentas monete Albingane, pro M° domino Acelino Grilo pro salario famuli dicti Domini judicis unus ex servientibus dicti Domini Potestatis pro mensibus quinque ad florenos duos auri pro mense. Libras decem et septem cum dimidia.

Indice Onomastico

INDICE

Errata Corrige

Nella prefazione invece di: *Essi, del resto, contengono, disposizioni . . . .* leggasi *: Esso, del resto, contiene disposizioni . . . .*

